UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Breuiarius Moguntiu[m]

[Straßburg], [ca. 1500]

Nulla suffragia nisi aliud festum noue[m] lectionum coincideret. Co[m]pl[...] de temp[or]e. Ad matutinas Jnuitato.

urn:nbn:de:hbz:466:1-31634

Visual Library

quaſi male operans: ſed ver/
bū dei non eſt alligatū Cap
Iocunditatē et exultationez
theſauriſabit ſuper eum ⁊ no
mine eterno hereditabit illuz
dominus deus noſter. Deo.
Beatus vir qui ſuffert Cap
temptationem quia cum pro/
batus fuerit accipiet coronaz
vite quam repromiſit de⁹ his
qui diligunt illum. Deo grās
℣. Gloria et honore co. Su/
per magnificat añ. Beatus
vir qui ſuffert temptationem
quia cum probatus fuerit ac/
cipiet coronam vite quam re/
promiſit de⁹ his qui diligunt
Preſta queſu/ Coll. illum.
mus omīpotens deus: vt qui
beati .N. martyris tui natali
cia colimus: interceſſione ei⁹
in tui nominis amore robore
mur Per dominū. Collecta
Deus qui nos beati .N. mar
tyris tui atq; pōtificis ānua
ſolennitate letificas: concede
propicius: vt cuius natalicia
colimus: de eiuſdem etiā pro/
tectione gaudeamus. Per d.
Uel ꝑ̄riam Nulla ſuffra/
gia niſi aliud feſtum nouez le
ctionum coincideret. Cōpl.
de tempe. Ad matutinas In
uitato. Regem martyrū. In
primo nocturno añ. In lege
domini fuit voluntas ei⁹ die
ac nocte. ps̄. Beatus vir. añ
Predicans preceptum domi
ni conſtitutus eſt in monte ſā
cto eius. ps̄. Quare fremue/
runt gentes. Añ. Uoce mea
ad dn̄m clamaui ⁊ exaudiuit
me de monte ſancto ſuo. ps̄.
Domine quid multiplica. ℣.
Gloria et honore coronaſti.
Sermo beati maximi epiſco.
AD exhibendū Lectio. I
vestre caritati ſermonē
feſtiuitati ſancti martyris .N.
inquantum dominus permi/
ſerit ipſo auxiliāte aliqͣd enar
rare cupimus. Et quod nr̄is
viribus non valemus: ei⁹ ſuf
fragijs adimplere poſcimus.
Charitas autez hominis nō
eſt a ſemetipō ſed ſalubrit̄ do
natur pro chriſto Chriſtus il
lam donauit martiribus ſuiſ
qui eaz donauit fidelibus ſu
is. Charitas ergo chriſti ſi/
cut in martiribus vicit: ſic ad
ſolennia martyruz fideles ad
ducit. Eandem charitatem ī
ſancto iſto martyre vos dili/
gere demonſtratis: ad cui⁹ fe/
ſtiuitatem vos delectabiliter
feſtinatis Sanctus enim hic
martir virtute charitatis in/
dutus certauit bonum certa/
men: curſum conſummauit: fi
dem ſeruauit: paſſus ſupauit
occiſus triumphauit. Tu au
tem. ℟. Iſte ſanctus ꝑ lege
dei ſui certauit vſq; ad mor/
tem: ⁊ a verbis impiorum nō
timuit. Fundatus enī erat ſu